



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

2. De parabola ferculneæ infrutuosæ. Luc. 13.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

vindictæ cupiditatem non horreat,  
ne æternam ultionem incurrat? Affi-  
ctus ijdem.

## II:

*De parabolæ ferculneaæ infructuosa.*

Luc. 13.

I. **A**udiens Iesus nunciantes quosdam di-  
Galilæis, quorum sanguinem pi-  
latus miscuit cum sacrificijs eorum, ait:  
Putatis quod hi Galilæi pra omnibus Ga-  
lilæis peccatores fuerint, qui talia pa-  
sun? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentia  
tiam habueritis, omnes similiter peribitis.  
En quam efficaciter Christus clare  
videns causas, ob quas plerumque  
varijs calamitatibus homines exerce-  
diuina prouidentia permittat, esse  
peccata, omnes ad seriam pœnitentiam  
extimulet, nisi similibus flagellis hic  
castigari, & iernisque istic supplicijs  
velint exericiari. Quam consultum  
ergo est, ingruente quacunque mor-  
borum, bellorum, aliarumque affi-  
ctionum procella, confessim humili-  
contritoque animo ad pœnitentia  
asylum configere, causamque illorum  
malorum, non fortunæ, nec diaboli:  
stutia, nec maleuolorum hominum  
malitiæ, sed proprijs culpis attribue-

re

re! Humilis suorum peccatorum agnitione, deteratio & expiatio.

II. Idem euidentius inculcat parabolam sicutneæ in fructuosa, quam habebat quidam plantatam in vinea sua, de qua ad cultorem vineæ : *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quarens fructum in sicutneæ hac, & non inuenio : Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?* Ingratus & tepidus Christianus aut religiosus, tanquam fructifera arbor plantatus in viridario Ecclesiæ aut status religiosi, longo tempore nullos solidæ perfectionis proferens fructus, hanc exprobrationem & peremptoriam comminationem toties audit, quoties vel per internas inspirationes, vel concionatorum, superiorum & confessariorum voces suam ingratitudinem & tepitatem agnoscit, vel per varias internas externeque tribulationes eruditus, diuinæ iustitiae gladium sibi imminentem prospicit. Et quoties nihilominus cheu in torpore suo perseverans, imminens sibi exitium nec pauet, nec cauet ! Horror ingratitudinis & tepitatis, Feruor seriarum conuersionis.

III. *A*c cultor vineæ respondens ait.  
Domine dimitte illam & hoc anno, usq[ue] dum fodiam circa illam, & mittam in  
cora, & si quidem fecerit fructum: sinan-  
zem, in futurum succides eam. Quod  
cultor indulgendum infrauctuosa hi-  
culneæ censet, idem longanimitas Dei  
peccatori tam diu præstat, quamdiu  
eius conuercionem exspectat; quo  
interim modis ad pœnitentiam pro-  
uocat, quo conscientiæ stimulis vi-  
get, quo gratiæ auxilijs ad perfectio-  
nis studium excitat, quo promissi-  
minis, beneficijs, flagellis ad sinum  
misericordiæ suæ inuitat? Quilquis  
tanta longanimitate Dei ad dignos  
pœnitentiæ fructus ferendos, non se-  
nit se moueri, an non iusto eius iudi-  
cio è plantario electarum arborum  
tanquam stirps inutilis meretur ex-  
scindi? Admiratio & amor di-  
uinæ longanimitatis,  
**F**eruor matura-  
conuercio-  
nis.

— 6 (?) —